

pienda discordia, que inter nos et ipsos diutius steterat, per dominos Engelhardum Nuenburgensem | et Cūnradum Hildensennensem^{b)} necnon Brunonem Misnensem episcopos et dominum Ludewicum Thuringie lantgravium tractaretur³⁾, sepius dictum capitulum per prefatos episcopos necnon et lantgravium | a nobis et priore et ceteris fratribus monasterii nostri presentibus instanter postulavit, ut illarum XV marcarum redditum annualem, ut supra dictum est, ipsi sine dilatione qualibet in certis bonis | designaret vel designaremus. Nos igitur a supradicta forma concordie recedere non volentes dictis dominis episcopis simul et lantgravio necnon et prefecto Misnensi et ipsi capitulo fide data | spondimus, ut a festo purificationis sancte Marie proximo futuro infra annum multoties dictas XV marcas Misnensi capitulo in bonis liberis et expeditis competenter ipsi adiacentibus assignaremus ita, ut, si a iam dicto festo purificationis usque ad festum Egidii ipsi capitulo Misnensi non fuerint assignata de camera nostra, tunc sicut hactenus ipsas XV | marcas persolvamus. Nichilominus autem in sequenti festo purificationis ipsarum XV marcarum redditum annualem dicto modo capitulo Misnensi assignabimus, de quibus in festo Egidii proximo | tunc sequenti et deinceps XV marcas expedite et absque omni calumpnia valeat recipere. Et ut hec ordinatio rata et inconvulsa permaneat, de consensu totius | nostri capituli necnon et Misnensis hanc paginam sigilli nostri appensione roboramus. Huius rei testes sunt: Engelhardus Nuenburgensis episcopus, Cūnradus | Hildensenensis^{b)} episcopus, Theodericus abbas de Liuonia, Waltherus prepositus de sancta Cruce, Albertus prepositus de Rizowe, Wilhelmus parrochianus de Strele, Berwardus | plebanus de Hagen et alii plures de ordine cleri, laici autem Ludewicus lantgravius Thuringie, Heinricus prefectus de Donin, Albertus prefectus de Aldenburg, | Meinherus^{c)} prefectus de Misna, Albertus prefectus de Dewin, Wolfuinus prefectus de Cice, Theodericus prefectus de Kirchberch, Sifridus prefectus de Lizenic, Hermannus | de Sconenburch et alii quam plures^{d)}. Acta sunt hec omnia in Misna anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo vicesimo quarto.

(SP.)

81.

Bischof Bruno II. von Meißen verleiht dem Abt und dem Konvent von Buch das Begräbnisrecht, wobei die zu beerdigenden Personen nicht exkommuniziert sein dürfen.

1225 März 15, Altzelle

Original: —

Edition: Schöttgen/Kreysig, *Dipl. II*, S. 177, Nr. XIV.

Regest: Schultes, *Directorium dipl. II*, S. 597, Nr. 278 — Hingst, *Annalen des Klosters Buch*, S. 43 — Beyrer, *Altzelle*, S. 535, Nr. 68.

c) Mei (mit derselben Tinte durchgestrichen) | Meinherus A.

d) e von erster Hand mit derselben Tinte zu v (in Edition: u) korrigiert A.

3) Vgl. *UB Altzelle I*, Nr. 77, 78 und 79.